



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Cunabula grammaticæ artis Donati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

BEDÆ PRESBY-
TERI PRÆFA-
TIO.



ARTIVM Donati liber ita à plerisque viriatus est & corruptus, dum unusquisque prohibitu suo, sive ex aliis Auctioribus, quod ei visum est, addidit: sive declinationes aut conjugationes, & ceterum huiusmodi inseruit: ut nisi in antiquis codicibus, vix purus & integer, ut ab eo est editus, reperiat. Quod ne nos quoque fecisse videamur, qua ex causa præsens digesserimus Opusculum, breviter in eliminari paginola exponendum esse censuimus. Noverunt omnes qui Artis huius ampliorē, quàm nos scientiam affectu sunt: quod priorē artem prædictus artigraphus ob instructionem puriorum, sub interrogatiōnis & responsionis specie descripserit, prout scilicet ingenij & studij sui temporis sufficere iudicavit. Verum quia nos nostrisque similes ad eō obvisi sumus & hebetes, ut plerumque, quod regulariter vel interrogare vel respondere possit, ignoramus: libellum hunc sicut parvitatē sensus nostri collegimus, acutioribus quidem & capacioribus minime necessarium, simplicioribus verò & minus promptis (quantum existimamus) utilem, in quo & ordinem præfati artigraphi tam in rogando, quàm in respondendo tenuimus, & probationes quasdam parvulus & incipientibus necessarias ex latere copulavimus, & cetera quæ huiusmodi instructio expetere videbatur. Quatenus parvuli bonæ indolis ad istius Artis se studium conferentes, ea de quibus interrogari essent & responsuri, ipsi sibi aliquatenus probare, & probando facilius invenire possent: & hoc quasi ludo exercitati, & exercitio excitati, ad maiora & pleniora capiendā fierent promptiores.

CUNABULA GRAM-
MATICÆ ARTIS DO-
NATI ABEDA

R E S T I T U T A .

L I B E R P R I M U S .



DARTES orationis quot sunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Adverbium, Participium, Coniunctio, Præpositio, Intersectio. Donatus quæ pars Orationis est? Nomen. Nomen quid est? Pars orationis cum casu, corpus autem propriè communiterve significans. Nominibus quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus. Qualitas nominum in quo est? Bipartita est: aut enim unius nomen est, & Proprium dicitur, aut multorum, & Appellativum est. Hoc nomen, proprium an appellativum? Proprium. Undè hoc probas? quia non multorum, sed unius est. Grammaticus est proprium an appellativum? Appellativum. Undè hoc probas? Quia non unius, sed multorum est comparationis. Gradus quot sunt? Tres. Qui? Positivus, ut doctus: Comparativus, ut doctior: Superlativus, ut doctissimus. Quæ nomina comparantur? Appellativa duntaxat qualitatem aut quantitatem significantia. Donatus comparatur aut

non? Non. Undè hoc probas? Quia Propria nomina minimè comparantur. Bonus comparatur an non? Comparatur. Undè hoc probas? Quia & Appellativum est, & qualitatem significat. Quomodo? Ut bonus, melior, optimus. Magnus comparatur, an non? Comparatur. Undè hoc probas? Quia & appellativum est, & quantitatem significat. Quomodo? ut magnus, maior, maximus. Scylus comparatur an non? Non. Undè hoc? Quia licet appellativum sit, nec qualitatem tamen, nec quantitatem significat. Genera Nominum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut hic magister: femininum, ut hæc Musa: Neutrum, ut hoc scammum: commune, ut hic & hæc sacerdos. Est præterea rium generum, quod Omne dicitur, ut hic & hæc & hoc felix. Est & Epicenum, id est, promiscuum, ut passer, aquila. Donatus, cuius generis nomen est? Masculini. Undè hoc? Quia numero singulari, casu nominativo pronomen ei vel articulus præponitur hic. Quomodo? ut hic Donatus. Grammatica, cuius generis nomen est? Feminini. Undè hoc? Quia numero singulari, casu nominativo pronomen ei vel articulus præponitur hæc. Quomodo? ut hæc Grammatica. Scammum, cuius generis nomen est? Neutri. Undè hoc? Quia numero sin-

gulari, casu nominativo pronomen ei vel articulus præponitur hoc. Quomodo? ut hoc scannum. Sacerdos, cuius generis nomen est? Communis. Unde hoc? Quia simul masculinum femininumque significat. Quomodo? Ut hic & hæc sacerdos. Felix, cuius generis nomen est? Omnis. Unde hoc? Quia sub una significatione tria genera comprehendit. Quomodo? Ut hic & hæc & hoc felix. Passer, cuius generis nomen est? Epicæni. Unde hoc? Quia sub una significatione marem ac feminam comprehendit. Quomodo? Ut hic passer. Stylus fixum, an mobile nomen est? Fixum. Unde hoc? Quia in alterum genus flexi non potest. Sanctus, fixum an mobile nomen est? Mobile. Unde hoc? Quia per tria genera moveri potest. Quomodo? ut sanctus, sancta, sanctum. Rex, fixum an mobile nomen est? Nec in totum fixum, nec in totum mobile. Unde hoc? Quod in alterum genus flexi potest per tria genera, moveri non potest. Quomodo? Ut rex regina. Numeri nominum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic magister: pluraliter, ut hi magistri. Dona us, cuius numeri nomen est? Singularis. Unde hoc? Quia Donatus cum dico, unum non plures significo: similiter & de Appellativis respondendum est. Artes, cuius numeri nomen est? Pluralis. Unde hoc? Quia artes cum dico, plures non unam significo.

Figura nominum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut decens, potens: Composita, ut indecens, impotens. Quot modis nomina componuntur? Quatuor. Quibus? Ex duobus integris, ut suburbanus: ex duobus corruptis, ut effica, municeps: ex integro & corrupto, ut insulfus: ex corrupto & integro, ut nugigerulus: aliquando ex compluribus, ut inexpugnabilis, imperterritus, Donatus, simplex an compositum nomen est? Simplex? Unde hoc? Quia neque ex duobus integris, neque ex duobus corruptis, neque ex integro & corrupto, neque ex corrupto & integro, neque ex compluribus est compositum. Suburbanus simplex an compositum est? Compositum. Quomodo? Ex duobus integris, quibus ex sub præpositione, & urbanus nomine: utraque enim integra perieverant, cum dicimus suburbanus. Municeps, simplex an compositum nomen est? Compositum. Quomodo? Ex duobus corruptis, quibus ex mungere, nomine, & capio verbo: utraque enim corruptuntur cum dicimus municeps. Insulfus, simplex an compositum nomen est? Compositum. Quomodo? Ex integro & corrupto. Quibus? Ex in præpositione, & sulfus nomine: nam sulfus corruptunt, cum dicitur insulfus. Nugigerulus, simplex an compositum nomen est? Compositum. Quomodo? Ex corrupto & integro. Quibus? Nugas & gerulus: nam nugas corruptunt, cum dicimus nugigerulus. Inexpugnabilis, simplex an compositum nomen est? Compositum. Quomodo? Ex pluribus. Quibus? In & ex præpositionibus, & pugnabilis nomine, & hæc omnia integra perieverant, cum dicimus inexpugnabilis. Imperterritus, simplex an compositum nomen est? Compositum. Quomodo? Ex compluribus. Quibus? In & per præpositionibus, & territus participio: nam in præposito corruptunt, cum dicimus imperterritus. Casus nominum quot sunt? Sex. Qui? Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, Ablativus. Donatus, cuius casus nomen est? Nominativi. Unde hoc? Quia Donatus cum dico, eum qui sic vocatus est, nomino. Grammatica cuius casus nomen est? Nominativi & Vocativi. Unde hoc? Quia Grammatica cum dico, eam rem quæ sic appellatur, aut nomino prorsus, aut voco. Et hæc quidem simpliciter dicta sunt: ceterum in sententiis & plena oratione, multò expeditior de cunctis casibus responsio est, ubi prima & tertia persona verbi Nominativum, secunda Vocativum casum trahit, & verbalia nomina. Alia Genitivo, alia Dativo, alia Accusativo, alia Ablativo casui copulantur: ut cano ego Virgilius, canit ille Virgilius, cane Virgili: ego panis, loquor tibi, voco te, doceor à te, oratore magistro utor. Declinantur omnia nomina an non? Non. Unde hoc? Quod quædam eorum sunt indeclinabilia, ut fas, nequam: quædam declinabilia, ut magnus, fortis. Declinabilia nomina variantur omnia per omnes Casus an non? Non. Unde hoc? Quod quædam sunt aptota, ut frugi, si-

napi: quædam monoapta, ut cornu, gelu: quædam diapta, ut hujus tabi, ab hac tabe: hæc fors, ab hac forte: alia triapta, ut Musa, musæ, musam: alia tetrapta, ut fenatus, fenatui, fenatum, à fenatu: alia pentapta, ut doctus, docti, docto, doctum, à docto: alia hexapta, ut unus, unius, uni, unum, à uno, ab uno. Similiter solus Donatus variatur per omnes Casus an non? Non. Quid ergo est? Pentaprotum. Unde hoc? Quia quinque casibus variatur. Quibus? Nominativo, Genitivo, Dativo, Accusativo, Vocativo. Quomodo? Ut hic Donatus, hujus Donati, huic Donato, hunc Donatum, à Donate. Cur non annumeras Ablativum? Quia similis est Dativo: unde sic enim dicimus in Dativo huic Donato, sic & jam dicimus in Ablativo ab hoc Donato. In hunc modum & de cæteris respondendum. Declinabilia nomina quot declinationibus inflectuntur? Quinque. Quibus? Primâ, secundâ, tertîâ, quartâ, quintâ. Vbi cognoscitur declinatio? In Genitivo casu singulari. Primâ igitur declinationis Genitivi singularis, in quam syllabam desinit? In æ diphthongam, ut hæc musa, hujus musæ. Secundâ, in i productam, ut hic Donatus, hujus Donati. Tertîâ, in is correptam, ut hic pater, hujus patri. Quartâ, in us vel u productam, ut hic fenatus, hujus fenatus; hoc cornu, hujus cornu. Quintâ, in ei divisas, ut hic dies, hujus diei. Cuius declinationis est hoc nomen Donatus? Secundâ. Unde hoc? Quia Genitivus ejus singularis in i productam desinit. Quomodo declinatur? Nominativo hic Donatus, Genitivo hujus Donati, Dativo huic Donato, Accusativo hunc Donatum, Vocativo à Donate, Ablativo ab hoc Donato. Cur non declinatur pluraliter? Quia propria nomina pluralitatem non recipiunt. Grammatica quomodo declinatur? Nominativo hæc Grammatica, genitivo hujus grammaticæ, dativo huic grammaticæ, accusativo hanc grammaticam, vocativo à grammaticæ, ablativo ab hac grammaticæ: & pluraliter nominativo hæc grammaticæ, genitivo harum grammaticarum, dativo his grammaticis, accusativo has grammaticas, vocativo à grammaticæ, ablativo ab his grammaticis. Variatur in plurali numero per omnes casus an non? Non. Quid ergo est? Tetraprotum. Unde hoc? Quod quatuor casibus variatur. Quibus? Nominativo, genitivo, dativo & accusativo. Quomodo? Ut hæc grammaticæ, harum grammaticarum, his grammaticis, has grammaticas. Cur non annumeras vocativum? Quia similis est nominativo. Unde hoc? Sicut enim dicimus in nominativo hæc grammaticæ, sic dicimus in vocativo à grammaticæ. Cur non annumeras ablativum? Quia similis est dativo. Unde hoc? Sicut enim dicimus in dativo his grammaticis, sic & jam dicimus in ablativo ab his grammaticis. Pax quomodo declinatur? Nominativo hæc pax, genitivo hujus pacis, dativo huic paci, accusativo hanc pacem, vocativo à pax, ablativo ab hac pace. Cur non declinatur pluraliter? Quia pluralis ejus in usu non est. Quot literis scribitur hoc nomen cantor? Sex. Quæ ex eis sunt vocales? a & o. Unde hoc probas? Quia & per se proferuntur, & per se syllabam faciunt. Quæ consonantes? Cæteræ omnes. Unde hoc? Quia per se non sonant, sed vocalibus consonant. Quæ semivocales? n & s. Unde hoc? Quia per se proferuntur, sed per se syllabam non faciunt. Quot mutæ? d & t. Unde hoc? Quia nec per se proferuntur, nec per se syllabam faciunt. Juvo quot literis scribitur? Quatuor. Quæ ex eis vocales sunt? u & o. Unde hoc? Quia & per se proferuntur, & per se syllabam faciunt. Cur non annumeras i? Quia loco est postea consonantis. Unde hoc? Quia cum altera vocali jungitur. Venus quot literis scribitur? Quinque. Quæ sunt ex eis vocales? e & u posterior. Unde hoc? Quia & per se proferuntur, & per se syllabam faciunt. Cur non annumeras u priorem? quia loco est postea consonantis. Unde hoc? Quia cum alia vocali jungitur. Quot syllabis constat hoc nomen Donatus? Tribus. Antepenultima qualis est? Longa, naturâ an positione? naturâ. Unde hoc? quia vocalis tantum in ea producitur. Quomodo? Ut est illud: Donatus tamâ notus in urbe pia. Penultima qualis est? Similis. & ultima qualis est? Brevis. Unde hoc? Quia & correptam vocalem habet, &

non desinit in duas consonantes, aut in unam duplicem, aut in aliquid quod sit pro duabus consonantibus. *Æs* quot syllabis constat? una, qualis? longa. Naturâ an positione? naturâ. Vnde hoc? Quia duæ vocales in ea junguntur, & diphthongum faciunt. quæ? *A* & *E*. Arcus quot syllabis constat? Duabus. Prior qualis est? longa. naturâ an positione? positione. unde hoc? quia correpta ejus vocalis in duas desinit consonantes. Quis? *r* & *c*. Axis quot syllabis constat? Duabus. Prior qualis est? longa. naturâ an positione? positione. unde hoc? quia correpta ejus vocalis in unam duplicem desinit. quam? *x*. Adjutor & advena quot syllabis constant? Tribus. Antepenultima eorum quales sunt? longa. naturâ an positione? positione. Vnde hoc? quia correpta earum vocales in alteram consonantem, & alteram vocalem loco consonantis positam desinunt. Quis? *d* & *i*, & *d* & *u*. Major quot syllabis constat? Duabus. Prior qualis est? longa. naturâ an positione? positione. unde hoc? quia correpta ejus vocalis, in *i* solam loco consonantis positam desinit. Donatus igitur qui pes est? Antribachus. unde hoc? quia ex duabus longis & brevi syllabâ constat. Quot temporum est? quinque, unde hoc? quia idem pes totidem tempora occupat. Donatianus qui pes est? nullus. unde hoc? quia transcendit numerum quatuor syllabarum. quid ergo est? Sinzigia. Ex quibus pedibus fit? ex spondeo & amphibrachi. unde hoc? quia duæ syllabæ longæ in principio sitæ, spondeum faciunt. Sequentes tres, quarum prima & ultima breves, mediâ longa est, amphibrachium reddunt. Quot temporum est? octo, unde hoc? quia iidem pedes in sinzigia cœnantes, totidem tempora occupant. *Æs*, qui pes est? nullus. unde hoc? quia ex una syllaba pes nunquam fit. Quot temporum est? duorum. unde hoc? quia longa syllaba duo tempora habet. Donatus, quo accentu pronuntiandum est? Circumflexo. unde hoc? quia in trisyllabis & tetrasyllabis & deinceps, si ultima brevis fuerit, penultima verò natu à longa, penultima circumflectenda est. Quomodo? ut Donatus. Fax, quo accentu pronuntiandum est? acuto. unde hoc? quia monosyllaba, quæ correptam vocalem habent, acuto accentu pronuntianda sunt. quomodo? ut fax. Res, quo accentu pronuntiandum est? Circumflexo. unde hoc? quia monosyllaba, quæ productam vocalem habent, circumflexo accentu pronuntianda sunt. quomodo? ut res. Meta, quo accentu pronuntiandum est? Circumflexo. unde hoc? quia in dissyllabis, quæ priorem productam habuerunt, & posteriorem correptam, prior syllaba circumflectenda est. quomodo? ut meta. Nepos, quo accentu pronuntiandum est? acuto. unde hoc? quia in dissyllabis si posterior producta fuerit, prior syllaba acucienda est, siue illa correpta fuerit, siue producta. quomodo? ut nepos. Bonus quo accentu pronuntiandum est? acuto. unde hoc? quia in dissyllabis si breves ambæ fuerint, syllaba prior acucienda est. quomodo? ut bonus. Tullius, quo accentu pronuntiandum est? acuto. unde hoc? quia in trisyllabis & tetrasyllabis, & deinceps, si penultima correpta fuerit, antepenultima acucienda est. quomodo? ut Tullius. Metellus, quo casu pronuntiandum est? acuto. unde hoc? quia in trisyllabis & tetrasyllabis, & deinceps, si penultima positione longa fuerit, ipsa acucienda, & antepenultima gravi accentu pronuntianda est. quomodo? ut Metellus. Latebra, quo accentu pronuntiandum est? acuto. unde hoc? quia in trisyllabis & tetrasyllabis, & deinceps, si penultima positione longa ex muta & liquida fuerit, antepenultima acucienda est. quomodo? ut latebra. Micenæ, quo accentu pronuntiandum est? acuto. unde hoc? quia in trisyllabis & tetrasyllabis, & deinceps, si tam penultima quam ultima naturâ longa fuerit, penultima acucienda est. quomodo? ut Micenæ.

Ego, quæ pars orationis est? Pronomen. Pronomen quid est? Pars orationis, quæ pro nomine posita tantundem ponere significat, personamque interdum recipit. Pronomina quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus. Qualitas pronominum in quo est? Bipartita est, aut enim finita sunt pronomina, aut infinita. Quæ sunt finita? quæ recipiunt personas, ut ego tu, ille. Quæ sunt infinita? quæ non recipiunt personas, ut quisque. Quod est hoc pronomem, finitum an infinitum. Finitum. unde hoc? quia recipit personam. Quis, finitum an infinitum pronomem est? infinitum. unde hoc? quia non recipit personam, Genera pronominum quæ sunt? eadem ferè quæ & nominum: masculinum ut qui, femininum ut quæ, neutrum ut quod, commune ut qualis, talis, strium ut ego, tu. Cujus generis est hoc pronomem? omnis. unde hoc? quia & pro masculino, & pro feminino, & pro neutro nomine poni potest. Quis, cujus generis pronomem est? masculini? unde hoc? quia pro masculino tantum nomine poni potest. Quæ, cujus generis pronomem est? feminini, unde hoc? quia pro feminino tantum nomine poni potest. Quid, cujus generis pronomem est? neutri, unde hoc? quia pro neutro tantum nomine poni potest. Quis, cujus generis pronomem est? communis, unde hoc? quia & pro masculino & pro feminino genere nominis poni potest. Ego, fixum an mobile pronomem est? fixum. unde hoc? quia in alterum genus flecti non potest. Ille, fixum an mobile pronomem est? mobile. unde hoc? quia per tria genera moveri potest. quomodo? ut ille, illa, illud. Talis, fixum an mobile pronomem est? nec in totum fixum, nec in totum mobile. unde hoc? quia in alterum genus flecti potest, per tria genera moveri non potest. quomodo? ut hic talis, & hoc tale. Numeri pronominum quot sunt? duo. quæ? singularis, ut hic; pluralis, ut hi. Cujus numeri est hoc pronomem? singularis, unde hoc? quia pro singulari tantum nomine poni potest. Nos, cujus numeri pronomem est? pluralis. unde hoc? quia plurali tantum nomine poni potest. Sui, cujus numeri pronomem est? utriusque. unde hoc? quia & pro singulari, & pro plurali nomine poni potest. Figure pronominum quot sunt? Duæ. quæ? Simplex, ut quot; Composita, ut quotquot. Est hoc pronomem simplex, an compositum? simplex est. unde hoc? quia neq; ex duobus integris, neq; ex duobus corruptis, neq; ex integro & corrupto, neque ex corrupto & integro, neq; ex compluribus est compositum. Quisq; simplex an compositum pronomem est? compositum. quomodo? ex duobus integris, quibus? quis & que pronominibus: utraq; enim integra perseverant, cum dicimus quotquot: similiter & de cæteris ad formam nominum respondendum est. Personæ pronominum quot sunt? Tres. quæ? prima, ut ego; secunda, ut tu; tertia, ut ille. Cujus personæ est ego pronomem? prima. unde hoc? quia ego, cum dico, non te vel alium, sed me significo. Tu, cujus personæ pronomem est? secunda. unde hoc? quia tu, cum dico, non me vel alium, sed te significo. Ille, cujus personæ pronomem est? tertia. unde hoc? quia ille cum dico, non me vel te, sed alium significo. Casus ite pronominum quot sunt? Sex, quemadmodum nominum. Cujus casus est ego pronomem? Nominativi. unde hoc? quia pro Nominativo tantum casu nominis poni potest. Tu, cujus casus pronomem est? Nominativi & Vocativi. unde hoc? quia & pro Nominativo & pro Vocativo casu nominis poni potest. Inveniuntur formæ casuales in Pronominibus an non? Inveniuntur. Vnde hoc? quia alia eorum sunt non aptora. ut eccum, illum: alia triptota, ut sui, sibi, se: alia tetraplota, ut meus, mei, meæ, meū: alia pentaplotæ, ut ille, illius, illi, illum, ab illo. Cur non annumeras diptota & hexaplotæ? quia nulla ejusdem modi reperiuntur pronomina. Quid igitur est hoc pronomem? tetraplotum. unde hoc? quia quatuor casibus variatur. Quibus? Nominativo, genitivo, dativo, accusativo. Cur non annumeras ablativum? quia similis est accusativo. unde? sicut enim dicimus in accusativo me, sic etiam dicimus in ablativo à me. Similiter & de cæteris, sicut in nomine respondendum. Quot declinationibus pronomina inflectuntur? quatuor. quibus?

primā, secundā, terciā, quartā. Quot earum in quibus pronominibus cognoscuntur? daz in primitivis, & daz in derivativis. Primitiva pronomina quot sunt? septem, quæ? meus, tuus, suus, noster, vester, nostras & vestras. Primæ igitur pronominis declinatio quæ est? Cujus genitivus & dativus i finitur; accusativus & ablativus e producta. Quomodo? ut mei, mihi, me, a me: tui, tibi, te, a te: sui, sibi, se, a se: nec inveniuntur plura hujus declinationis pronomina. Secunda quæ est? cuius genitivus huius, dativus i literā terminatur per tria genera: excepto huic, quod differentia causā accipit in dativo, ne si hui diceremus, non pronomen, sed interjectio putaretur. Quomodo? ut ille, illius, illi iste, istius, illi: ipse, ipsius, ipsi: hic, huius, huic: is, ejus, ei: quis, cuius, cui: totus, totius, toti: nec inveniuntur plura hujus declinationis pronomina. Tertia quæ est? cuius genitivus in masculino, secundæ nominis declinationem sequitur: in feminino, primam: in neutro, iic secundam, quomodo? sic: meus, mei, mea, meæ, meum, mei; tuus, tui, tua, tuæ, tuum, tui: suus, sui, sua, suæ, suum, sui: & similiter reliqua. Quarta quæ est? cuius inflexio tertiz nominis declinationem sequitur. Quomodo? ut nostras, nostratis: vestras, vestratis: cujas, cujatis. Pronomina finita sunt tria: ego, tu, ille: minus quā finita, septem: ille, ipse, iste, is, hic, idem, sui. Infinita quinque: quis, quælis, quantus, quotus, quot. Relativa infinitorum: ralis, tantus, cotus, tot: & septem minus quā finita, quæ sunt infiniti pronominum responsiva. Possessiva septem: meus, tuus, suus, noster, vester, nostras & vestras. Pronomina finita, feminina sunt omnia, & tam secundæ quā tertiz declinationis: ut illa, ipsa, ista, ea, quanta, quora, tota, mea, sua, nostra, vestra. E finita, masculina sunt omnia, & secundæ declinationis: ut ille, ipse, iste. Finitum unum invenitur: Sui, quod est omnis generis, & primæ declinationis. U finitum unum invenitur: Tu, quod est omnis generis, & primæ declinationis. A finita tria inveniuntur: nostras, vestras, cujas, quæ sunt omnis generis, & quartæ declinationis. Quorum neutrum e finitur, is finita quatuor inveniuntur: is, quis, qualis, talis, & sunt quartæ declinationis: sed is & quis masculina: qualis & talis communia sunt, & neutrum in e mittunt. U finita septem: quantus, quotus, tantus, totus, meus, tuus, tuus, quæ sunt omnia masculina, mobilia per tria genera: sed quantus, quotus, tantus, meus, tuus, suus, tertiz: totus secundæ est declinationis. C finitum unum invenitur, masculinum, hic: unum femininum, hæc: unum neutrum, hoc: & differentia causā e, indicativo accipiunt. D finita quatuor: illud, istud, id, quod, & sunt secundæ declinationis. M finita tredecim: idem, ipsum, quantum, quotum, tantum, totum, meum, tuum, suum, nostrum, vestrum, eorum, illud: & sunt tertiz declinationis, excepto totum, quod est secundæ: & eorum, eorum, quæ minime declinantur, & accusativum tantum singularem ac pluralem habent. Er finita duo: noster, vester, quæ sunt tertiz declinationis. T finita duo: quot, tot, quæ sunt omnis generis, & nullius declinationis. Quæcunque verò præter hæc pronomina inventa fuerunt, ab his composita sunt, & eorum regulas sequi debent. Primæ personæ unum, Ego: secundæ unum, Tu: reliquæ tertiz sunt, exceptis meus, noster, primæ: tuus, vester, secundæ personæ possessiva.

Doceo quæ pars orationis est? Verbum. Verbum quid est? Pars orationis cum tempore & persona, sine casu, aut agere aliquid aut pati, aut neutrum significans. Verbo quot accidunt? septem, quæ: qualitas, conjugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona. Qualitas verborum in quo est? in modis & formis. Modi qui sunt? indicativus, ut lego: imperativus ut lege: optativus ut utinā legerem: conjunctivus cum legam: infinitivus legere: impersonalis legitur. Cujusmodi est hoc verbum? indicativi. unde hoc quia doceo cum dico, me aliquid docere indico. Doce, cuius modi verbum est? imperativi. unde hoc? quia doceo cum dico, tibi ut aliquid doceas, impero. Utinam docerem cuius modi verbum est? optativi. unde hoc? quia utinam docerem cum dico, ut aliquid doceam, opto. Cum doceā cuius modi verbum est? conjunctivi. unde hoc? quia cum doceam quando dico, ut plenū sensum efficiam, necesse est ut huic

verbo aliū modum conjugam, quomodo? ut cum doceā discis. Docere cuius modi verbum est? infinitivi. unde hoc? quia docere cum dico, nec numerū nec personā definitio, nisi alio modo addito, utrumque; distinguā: ut docere volo, vis, vult: docere volumus, vultis, volunt. Docetur, cuius modi verbum est? impersonalis, unde hoc? quia docetur cum dico, a qua persona aliquid doceatur, nō definitio, nisi additis pronominibus dicam: docetur a me, a te, ab illo: a nobis, a vobis, ab illis. In hunc modū de omnibus verbis per ceteros numeros, & personas, & tempora faciē responderi potest, quod a nobis studio brevitaris omisū est. Formæ verborum quot sunt? quatuor, quæ: perfecta, ut lege: meditata, ut lecturio: frequentativa, ut lectito: inchoativa, ut fervesco, calefco. Cujus formæ est hoc verbum? perfectæ, unde hoc? quia doceo cum dico, neque meditationē, neque frequentationē, neque inchoationem actionis, sed absolute præsentem actionem significo. Doceor, cuius formæ verbum est? perfectæ, unde hoc? quia doceor cum dico, neque meditationē neque inchoationē passionis, sed præsentem passionem significo. Lecturio, cuius formæ verbum est? meditative, unde hoc? quia in urio definit, & meditationē futuræ actionis significat. Lectito, cuius formæ verbum est? frequentativæ, unde hoc? quia in urio definit, & frequentia actionis significat. Fervesco, cuius formæ verbum est? inchoativæ, unde hoc? quia in urio definit, & fervoris inchoationē significat: quæ omnia facilius cognoscuntur, si singularium formarum terminationes diligentibus memoria commendantur. Est ergo meditative formæ una tantum terminatio, urio, ut efurio, lecturio, parturio. Frequentativæ, quatuor in urio, ut clamito: in urio, ut merso: in urio, ut nexo: in urio, ut lectio, dictio. Inchoativæ, una solummodo scio, ut floresco, urefco: quæcunque autē verba hujusmodi terminationibus, & significationibus, carent, perfectæ formæ absque omni ambiguitate pronuntianda sunt. Conjugationes verborum quot sunt? tres, quæ: prima, secundæ, tertiz. Prima quæ est? quæ in indicativo modo tempore præfenti, numero singulari, secundæ personæ, verbo activo & neutrali, a productum habet ante novissimā litteram: ut amo, amas: Passivo communi & deponenti ante penultimā syllabam: ut amor, amaris. Et futurum tempus ejusdem modi, in bo & in bor syllabam mittit: ut amo, amabo: amor, amabor. Secundæ quæ est? quæ in indicativo modo, tempore præfenti, numero singulari, secundæ personæ, verbo activo & neutrali, i correptā habet, vel i productam ante novissimā litteram. Passivo communi & deponenti pro i littera, e correptā habet: vel i productam ante novissimā syllabam: ut lego, legis: legor, legeris: audio, audis: audior, audiris. Et futurum tempus ejusdem modi in am & in ar syllabā mittit: ut lego, legā: legor, legar: audio, audā: audior, audiar. Ubi discerni potest, utrum i littera correpta sit a producta? in imperativo & infinitivo, quomodo? nā correpta i littera in e convertitur: producta si fuerit, nō mutatur. Quando tertiz conjugatio futurū tempus nō in am tantum, sed etiā in bo mittit. Interdū cum i littera non correpta habuerit, sed productā: ut eo, is, ibo: queo, quis, quibo. Cujus conjugationis est hoc verbum? Secundæ, unde hoc? quia indic. modo, tempore præfenti, numero sing. secundæ personæ e productā habet ante novissimā litterā: ut doceo, doces. Et futurū tempus ejusdem modi in bo syllabam mittit: ut doceo, doceris: & futurū tempus ejusdem modi in bor syllabā mittit: ut doceor, docebor. Clamo, cuius conjugationis verbum est? Primæ, unde hoc? quia indic. modo, tempore præf. numero sing. secundæ personæ a productā habet ante novissimā litteram: ut clamo, clamas: & futurū tempus ejusdem modi in bo syllabā mittit, ut clamo, clamabo. Clamor cuius cō-

jugat. verbū est? ejusdē. unde hoc? quia indic. modo, tempore præf. numero sing. eunda persona habet a ante novissimā syllabā, ut clamor, clamaris: & futuri tempore ejusdem modi in bor syllabā mittit, ut clamor, clamabor. Scribo, cujus conjug. verbum est? tertia correpta. unde hoc? quia indic. modo, tempore præf. numero sing. secunda persona i correptā habet a ante novissimā litteram, ut scribo, scribis: & futuri tempore ejusdē modi in am syllabā mittit: ut scribo, scribam. unde cognoscitur quod i littera in hoc verbo correpta sit? quia imperativo & infinitivo in e cōvertitur, ut scribe, scribere. Scribor, cujus conjug. verbū est? ejusdē. unde hoc? quia indic. modo, tempore præf. numero sing. secunda persona e correptā habet ante novissimā litteram, ut scribo, scribis: & futuri tempore ejusdē modi in am syllabā mittit: ut scribor, scribar. Nutrio, cujus conjug. verbū est? tertia producta. unde hoc? quia indic. modo, tempore præf. numero sing. secunda persona i productam ante novissimā litteram, ut nutrio, nutris: & futuri tempore ejusdē modi non in am tantum, sed etiā in bo syllabā mittit, ut nutrio, nutrir. Unde cognoscitur quod i littera in hoc verbo producta sit? quia imperativo & infinitivo non mutatur in e correptā, sed permanet, ut nutri, nutrire. Nutrio cujus conjug. verbū est? ejusdē. unde hoc? quia indic. modo tempore præf. numero sing. secunda persona i prod. habet ante novissimā syllabam, ut nutrio, nutris: & futurum tempore ejusdē modi non in ar tantum, sed etiā in bor mittit, ut nutriat, nutribor. Genera verborum quot sunt? quinque, quæ Activa, passiva, neutra, deponentia, communia. Activa quæ sunt? quæ in o desinunt, & acceptā r litterā faciunt ex se passiva, ut lego, legor. Passiva quæ sunt? quæ in r desinunt, & eā demptā redeunt in activa, ut legor, lego. Neutra quæ sunt? quæ in o desinunt ut activa: sed acceptā r litterā latina non sunt, ut flo, curso. Deponentia quæ sunt? quæ similiter ut passiva in r desinunt, sed eā demptā latina non sunt, ut luctor, loquor. Communia quæ sunt? quæ in r litterā similiter desinunt ut deponentia, sed in duas formas cadunt, patientis & agentis, ut osculor, criminator. Dicimus n. osculor te, osculor à te: criminator te, criminator à te. Cujus generis est hoc verbum? activi. unde hoc? quia in o desinit, & acceptā r litterā facit ex se passivum, ut doceo, doceor. Doceor cujus generis verbū est? passivi. unde hoc? quia in r desinit, & eā demptā redit in activum, ut doceor, doceo. Sto cujus generis verbū est? neutri. unde hoc? quia in o desinit ut activum, sed acceptā r litterā, latinum non est: ita dicimus, sthor non dicimus. Loquor cujus generis verbū est? deponentis. unde hoc? quia in r desinit, sed eā demptā latinum non est: loquor n. dicimus, loquo non dicimus. Criminator cujus generis verbū est? communis. unde hoc? quia in r similiter desinit ut deponens: sed in duas formas cadit, patientis & agentis: ut criminator te, criminator à te. Numeri verborum quot sunt? duo. quæ singularis, ut lego: pluralis, ut legimus. Cujus numeri est hoc verbū? singularis. unde hoc? quia doceo cū dico, me solummodo aliquid docere significo. Docemus, cujus numeri est? pluralis. unde hoc? quia docemus cū dico, nos plures aliquid docere significo. Figuræ verborū quot sunt? duæ. quæ simplex, ut lego: composita, ut negligo. Quot modi verba componuntur? quatuor. quib? ex duob. integris, ut perlego: ex duob. corruptis, ut efficio: ex integ. & corrupt. ut deficio: ex corrupto & integ. ut offero: aliquando ex complurib. ut derelinquo. Est hoc verbum simplex an compositū? simplex. unde hoc? quia neq; ex duob. integris, neq; ex duob. corruptis: neq; ex integro & corrupto: neq; ex corrupto & integro: neq; ex complurib. est compositū. Perlego simplex an compositū est? compositū. quō? ex duob. integris. quibus? per præpositione, & lego verbū: utraq; n. integra perseverant, cū dicimus perlego. In hunc modū & de ceteris respondendū est. Tempora verborum quot sunt? tria, quæ: præfens, ut lego: præteritū ut legi: futurū ut legam. Quot sunt tempora in declinatione verborū? quinque. quæ: præfens ut lego: præteritū imperfectū ut legebam: præf. perf. ut legi: præf. plusq. ut legeram: futurum, ut legā. Cuius temporis est hoc verbum? præfentis. unde hoc probas?

quia doceo cū dico, me in præfente aliquid docere significo. Potest & de ceteris temporib. congrua responsio fieri: sed facilius ex ipsa sui diversitate & propriet. agnosci possunt. Personæ verborū quot sunt? tres. quæ: prima ut lego: secunda ut legis: tertia ut legit. Cuius personæ est hoc verbū? primæ: unde hoc probas? quia doceo cū dico, me aliquid docere significo. Doces cujus pers. verbum est? secundæ. unde hoc probas? quia doces cū dico, te aliquid docere significo. Docet cujus pers. verbū est? tertiæ. unde hoc probas? quia docet cū dico, non me vel te, sed alium quemlibet docere aliquid significo: sed & de hoc accidenti, & de ceteris omnib. in hac duntaxat parte orationis, multo facilius cognitio quàm responsio est.

Prudenter, quæ pars orationis est? Adverbium. Adverbium quid est? pars orationis, quæ adjecta verbo, significationem ejus explanat atq; implet. Adverbio quot accidentia tria. quæ: Significatio, comparatio, figura. Significatio adverbiorū in quo est? quia sunt aut loci adverbia, aut temporis, &c. ut sequitur. Da adverbium loci, ut hic, vel ibi: intus vel foris, illuc vel inde. Da temporis, ut heri, hodie, nuper. Da numeri, ut semel, bis, Negandi ut non. Affirmandi, ut etiā, quidni. Demonstrandi, ut en, ecce. Optandi, ut utinā. Hortandi, ut eja. Ordinis, ut deinde. Interrogandi, ut cur, quomobrem, Similitudinis, ut quasi, ceu. Qualitatis, ut doctē, pulchrē. Quantitatis, ut multū parum. Dubitandi, ut forsitan, fortasse. Personalis, ut mecū, tecū, nobiscū, vobiscum. Vocandi, ut heus. Respondendi, ut heu. Separandi, ut seorsim. Jurandi, ut verē, veraciter. Eligendi, ut potius, imō. Congregandi, ut simul, unā. Prohibendi, ut ne. Eventus, ut fortē, fortunū. Comparandi, ut magis, vel tam. Cujus significationis est hoc adverbium? qualitatis, unde hoc? quia prudenter cū dico, qualitatē profectō significo. quō? ut prudenter loquitur. Hic cujus signif. adverbium est loci. unde hoc? quia hic cū dico, locū profectō significo. quō? ut hic habito. Significationes adverbiorū localium quot sunt? quatuor. quæ: in loco, ut intus, foris: de loco, ut deus: ad locum, ut huc, illuc: per locū, ut hac, illac. Quid significat hoc adverbium? In loco. In hunc modū & de ceteris respondendū speciebus. Hodie, cujus signif. adverbium est? temporis. unde hoc? quia hodie cū dico, proculdubio tempus significo: ut hodie lego. Temporalium adverbiorum differentiarum quot sunt? tres. quæ: quia aut præfens tempus ostendunt, ut nunc: aut præteritum, ut heri: aut futurum, ut cras. Quid horū significat hoc adverbium? præfens. Non, cujus signif. adverb. est? Negandi. unde hoc? quia non cū dico, aliquid profus nego. quō? ut non feci, non dixi, non volui. Quidni, cujus signif. adverb. est? affirmandi. unde? quia quidni, cū dico, aliquid profectō affirmo: ut si quærat ab aliquo, an velim scire grammaticam? & respondeam, quidni? En, cujus signif. adverb. est? demonstrandi. unde hoc? quia en cū dico, aliquid profectō demonstro: ut en agros. Utinā, cujus signif. adverb. est? optandi. unde hoc? quia utinā cū dico, aliquid profus opto: ut utinā sapiens sim: utinā piē & benignē vivam. Eja cujus signif. adverb. est? horandi. unde? quia eja cū dico, aliquid omnino hortor: ut eja lege. Deinde, cujus signif. adverb. est? ordinis. unde? quia deinde cū dico, ordinem proculdubio alicujus rei ostendo: ut sic dicam, primum didici figuras litterarum, deinde connexiones syllabarum, postremo legendo notitiam assecutus sum. Cur cujus signif. adverb. est? interrogandi. unde? quia cur cū dico, aliquid profectō interrogo: ut cur ita agis? cur ita loqueris? Quasi, cujus signif. adverb. est? similitudinis. unde? quia quasi cū dico, quandam similitudinem induco: ut candet quasi fax: rubet quasi rosa: palleat quasi mortuus: nigrescit quasi pix. Multem, cujus signif. adverb. est? quantitatis. unde? quia multum cū dico, quantitatem profectō significo: ut multum legit, multam didicit, multū novit. Forsitan, cujus signif. adverb. est? dubitandi. unde? quia forsitan cū dico, dubitare me aliquid ostendo: ut forsitan melius tempus erit: forsitan lætiores dies venturi sunt. Mecum, cujus signif. adverb. est? personalis. unde? quia ad primam personam refertur, ut mecum legit: similiter tecum ad secundam, ut tecum habitat: & secum ad tertiā,

ut secum cogitat: necnon & in plurali numero ad primam personam, ut nobiscum vivit: & ad secundam, ut nobiscū dicit: & ad tertiam, ut hanc, ut hanc, & secum quarunt. Heus, cujus significatio adverb. est: vocādi. unde? quia heus cū dico, aliquem prorsus voco: ut heus juvenis, heus frater. Heu cujus significatio adverb. est: respondendi. unde? quia heu cū adverbialiter dico, alicui me vocanti respondeo. Seorsum cujus significatio adverb. est: separandi. unde? quia seorsum cū dico, separatim aliquid fieri ostendo: ut seorsum oves, seorsum hirci pascentur. Verē cujus significatio adverb. est: jurādi. unde? quia verē cū dico, aliquid juramento affirmo: ut verē ita est, verē ita non est. Porus, cujus significatio adverb. est: eligendi. unde? quia potius cū dico, aliquid dē duob. vel plurib. eligi significo: ut tunica potius volo quam pallium: & salutē potius desidero quam divitias. Simul cujus significatio adverb. est: congregandi, unde? quia simul cū dico, duo aut quādā in unum convenisse, aut conventura esse significo: ut simul venerunt: simul apud quemlibet hospitantur: simul d. scelluri sunt. Ne, cujus significatio adverb. est: prohibendi, unde hoc? quia ne cū dico, aliquid omnino prohibeo: ut ne dixeris: ne loquaris. Fortē, cujus significatio adverb. est: eventus. unde? quia fortē cū dico, aliquid eventū significo: ut dum indicativus pergit, fortē latrones incurrit: dum celeriter prope rat, fortē duriter impegit. Magis, cujus significatio adverb. est: comparandi. unde hoc? quia magis cū dico, aliqua inter se omnino cōparo: ut magis ille doctus quam ille est: & magis hic quam ille sapit. Cōparatio adverbiorū in quo est? in tribus gradib. comparationis: positivo, comparativo, superlativo. Da adverbium. Positivi gradus, ut doctē: Comparativi gradus, ut doctius: Superlativi, ut doctissimē. Quae adverbia comparantur? quae aut ex nomine cōparativo veniunt, aut nomen ex se comparativū faciunt, ut doctē: quia venit ex nomine cōparativo, quod est doctus, facit doctius doctissimē. Et ultra, quia facit nomina cōparativa ulterior, ultimus. Comparatur aut ulterius, ultimē. Cōparatur hoc adverb. an nō cōparatur. unde hoc? quia ab eo quod est prudens, nomine cōparativo venit: comparatur ut prudenter, prudentius, prudentissimē. Ne, cōparatur annon? non. unde hoc? quia neq; ex nomine cōparativo venit, neq; nomen ex se cōparativū facit. Figurę adverbiorū quot sunt? duae. quae? simplex, ut doctē, prudenter: composita, ut iudicē, imprudenter. est adverbium simplex an compositū? simplex. unde hoc? quia neq; ex duob. integris, neq; ex duob. corruptis, &c. Sic & de reliquis adverbis, sive compositis, sive simplicib. ad formam aliarum partium respondendum est.

Docens, quae pars orationis est? Participium. Participium quid est? Pars orationis, partem capiēns nominis, partem verbi: recipit n. à nomine genera & casus: à verbo tempora & significaciones: ab utroq; numerum & figuram. Participio quot accidunt? sex. quae? Genera, casus, tempora, significaciones, numeros, figuras. Genera participiorum quot sunt? quatuor. quae? masculinum, ut hic lectus: femininum, ut haec lecta: neutrum, ut hoc lectū: commune tribus generib. ut hic & haec & hoc legens. Cuius generis est hoc participium? omnis. unde hoc? quia omnia participia in ens vel in ans desinentia, omnis generis habentur. Doctus, cuius generis participium est? masculini. unde hoc? quia omnia participia in us desinentia masculini generis habentur. Doctā, cuius generis participium est? feminini. unde? quia omnia participia in a desinentia, feminini generis habentur. Doctū, cuius generis participium est? neutri. unde hoc? quia omnia participia in um desinentia, neutri generis habentur. Docens fixū an mobile participium est? fixum, unde hoc? quia in alterum genus flexū non potest. Lectus, fixū an mobile participium est? mobile, unde hoc? quia in alterum genus flexū potest: ut lectus, lecta, lectū: & omnia participia in us finita, mobilia sunt. Casus participiorum quot sunt? sex. qui? Nominati, ut hic legens: Gen. ut huius legentis: Dat. ut huic legenti: Accus. ut hanc legentem: Voc. ut o legens: Abl. ut ab hoc legente. Cuius casus est hoc participium? Nominati & Voc. unde hoc? quia vel ad tertiā. vel ad secundam personam verbi refertur: ut docens proficit, docens proficit. Verūm

& in hac parte, & in Pronominib. sicut in Nominē pronominibus, casuum proprietates melius ex aliarum partium connexionē, in sententiis & plena oratione probantur. Tempora participiorū quot sunt? tria. quae? Praesens, ut legens: praeteritum, ut lectus: futurum, ut legendus. Cuius temporis est hoc participium? praesentis. unde hoc? quia omnia participia in duas desinentia consonantes, praesentis temporis habentur. Doctus, cuius temporis participium est? praeteriti. unde hoc? quia omnia participia in tus desinentia, praeteriti temporis habentur. Similiter in sus & in xus, ut igitus, nexus. Docturus, cuius temporis participium est? futuri. unde hoc? quia omnia participia in rus desinentia, futuri temporis habentur. Similiter in dus, ut legendus, docendus. Significaciones participiorum in quo sunt? quia ab activo verbo duo participia veniunt, praesens & futurum, ut legens, lecturus. A passivo duo, praeteritum & futurum, ut lectus, legendus. A neutro duo, sicut ab activo: praesens & futurum, ut stans, staturus. A deponenti tria: praesens, praeteritum, & futurum, ut loquens, locutus, locuturus. A communi quatuor: praesens, praeteritum, & duo futura, ut criminans, criminatus, criminaturus, criminandus. Cuius significatio est hoc participium? Activa. unde hoc? quia ab eo quod est doctus, activo verbo derivatur. Similiter & de ceteris significacionib. respondendum est. Numeri participiorum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic legens: Pluralis, ut hi legentes. Cuius numeri est hoc participium? singularis. unde hoc? quia docens cū dico, unum docentem, non plures significo: & docentes cū dico, plures docentes, non unum significo. Figurę participiorum quot sunt? duae. quae? Simplex, ut legens: Composita, ut negligens. Est hoc participium simplex an compositum? simplex. unde hoc? quia neq; ex duob. integris, & cetera, sicut in superiorib. partibus demonstrata sunt. Inveniuntur formae casuales in Participiis, annon? Inveniuntur. quae? tripartita in omnib. formis & neutralibus, ut doctā, doctē, doctam: docto, doctū, doctō. Pentapartita in omnib. masculinis: ut lectus, ti, to, tum, te: & in omnib. omnis generis participiis: ut legens, tis, ti, tem, a legentes: ceteris formis carent participia. Quot declinationib. inflectuntur? tribus, quibus? feminina omnia, prima: masculina & neutralia, secunda: omnis generis, tertia. Da declinationem Participii, &c.

Ast, quae pars orationis est? Coniunctio. Coniunctio quid est? Pars orationis adnectens ordinansq; sententiā. Coniunctioni quot accidunt? tria. quae? potestas, figura, ordo. Potestas coniunctionū quot species habet? quinque. quae? Copulativas, disiunctivas, expletivas, casuales, rationales. Da copulativas, & que, at, atque, ac, a. Da disiunctivas, aut, ve, vel, ne, nec, neq;. Da expletivas, quidem, equidē, saltem, videlicet, quamquā, quamvis, quoque, aut potē, autem, tamen. Da casuales, s, est, etiam, si, quidem, quando, quandoquidē, quin, quinetiā, & quatenus, sin, seu, sive, nam, namque, nisi, nisi, sienim, etenim, ne, sed, interea, licet, quamobrem, praesertim, itē, itemq;, ceterum, alioquin, praeterea. Da rationales, ita, itaque, enim, enim verō, quia, quapropter, quoniam, quoniamquidē, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, videlicet, propterea. Cuius speciei est haec coniunctio? copulativa? unde hoc? quia copulat tam verba quam sensum. Aut, cuius speciei coniunctio est? disiunctiva. unde hoc? quia sensum disijgit, licet verba copulet & coniungat. Quidē, cuius speciei coniunctio est? expletiva. unde hoc? quia ad explendū vel sensum vel ornatū sententię interponit. Si, cuius speciei coniunctio est? casualis. unde hoc? quia causam praecedentē significat. Enim, cuius speciei coniunctio est? rationalis. unde hoc? quia rei praecedentis rationē reddit. Figurę coniunctionū quot sunt? duae. quae? simplex, ut nam: composita, ut namque. Est haec coniunctio simplex an composita? simplex? unde hoc? quia neq; ex duob. integris, neq; ex duob. corruptis, &c. sicut in aliis partib. demonstrata sunt. Ordo coniunctionū in quo est? quia aut praepositive coniunctiones sunt, ut at, aut: aut subiunctive, ut que, at, et: aut communes, ut &, igitur. Cuius ordinis est haec coniunctio? praepositiva. unde hoc? quia semper in oratione preponitur. Que cuius ordinis coniunctio est? subiunctiva. unde hoc? quia semper in oratione sub-

jungitur. Igitur, cuius ordinis cōiunctio est cōmunitas; unde hoc, quia semper in oratione ad votū uniuscuiusq; vel præponitur, vel subiungitur. Sciendū est cōiunctiones copulativas, ordinis præpositivi esse tres, at, ac, ast. Subiunctivi unā, que cōmunitas, & atq; disjunctivas ordinis præpositivi, duas: aut, ne. Subiunctivi unā, ve: cōmunitas tres, que, ne, ve. Explicativas ordinis præpositivi, unā. Porro autē subiunctivi tres, quidē, quoq; autē: cōmunitas septem, equidē, saltem, videlicet, quanq; quamvis, porro, tamen. Casualis ordinis præpositivi quatuordecim, est, etiam, quin, sine, seu, sine, nisi, nisi, sienim, quamobrem, præsertim, itemq;, ceterū, alioquin. Cōmunitas quatuordecim, siquidē, quādoquidē, quin etiā, quatenus, nam, nanq;, nisi, et enim, ne, sed, interea, licet, item, præerea. Rationalis ordinis præpositivi, unam: enim verō. Cōmunitas 14. itaq;, enim, quia, quapropter, quoniam, quoniamquidem, quippē, ergō, ideo, igitur, scilicet, videlicet, quapropter, idcirco.

AD, quæ pars orationis est præpositio. Præpositio quid est pars orationis, quæ præposita aliis partibus orationis, significationē earū aut cōplet, aut mutat, aut minuit. Præpositio quid accidit? Vnum. Quid est casus tantū quot? duos: quia accusativus & ablativus. Da præpositiones casus accusativi: ad, apud, antē, ad verbum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, secundum, post, trans, ultra, præter, propter, supra, usq;, penes. Quomodo? Dicimus enim, ad patē, apud villā, antē ædes, ad verbum inimicos, cis Rhēnū, citra forum, circum vicinos, circa templū, cōtra hostē, erga propinquos, extra terminos, inter naves, intra mœnia, infra tectū, iuxta macellū, ob auguriū, pone tribunal, per parietē, prope fenestrā, secundū fores, post tergū, trans ripā, ultra fines, præter officiū, propter rē, supra cælum, usq; oceanū, penes arbitros. Da præpositiones casus ablativi: a, ab, abs, cum, corā, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absq;, tenus. Quomodo? Dicimus enim, a domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, corā relictis, clam custodibus, de foro, ē iure, ex præfectura, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, sine labore, absq; injuria, tenus pube, quod nos dicim⁹ puberēnus. Da utriusq; casus præpositiones. In, sub, super, subter. In & sub, quando accusativo casui junguntur: quando vel nos, vel quoslibet, in locū ire, illē, futuros esse significamus. Quādo ablativo: quādo vel nos, vel quoslibet in loco esse, fuisse, futuros esse significat. Da huius rei exempla. In accusativo casus: Iur in antiquam sylvā. In, ablativo casus. Stans celsa in puppi. Sub, accusativo casus. Posteq; sub ipsos Nituntur gradibus. Sub, ablativo casus: Arma sub adversa posuit radiantia quercu. Super, quā vim habet? Vbi locū significat, magis accusativo casui servit, quā ablativo: ubi mentionē alicujus facimus, ablativo, tantūm. Quomodo servit casui accusativo locū significans? ut Sava sedens super arma. Quādo ablativo: Sedibus optatis geminas super arbore hūc, Et super flore viridis, nobis mitia poma. Quomodo servit ablativo? quādo mentionē alicujus facimus, ut multa super Priamō rogāns, super: Hectore multa. In, quā vim habet? Etiam tum accusativo casui servit, cū significat contra: ut, in alterum, in desertorem. Subter, quā vim habet? Eandē quā superiores, ad locum & in loco significantes. Quomodo servit accusativo, ad locū significans? ut Flumina; antiquos subter labentia muros. Quomodo ablativo significans in loco? ut Ferre iubet subter densa telludine casus. Cujus casus est hæc præpositio? accusativi, undē hoc? quia casui accusativo semper in oratione præponitur. Quomodo: ut, ad patrem. Sic & de ceteris accusativo casus præpositionibus respondendum. Ab, cuius casus præpositio est? ablativi. Undē quia casui ablativo semper in oratione præponitur. Quomodo: ut ab homine. Sic & de ceteris ablativo casus præpositionibus, respondendum. In, cuius casus præpositio est? utriusq;, unde hoc? quia tam accusativo quā ablativo casui semper in oratione præponitur. Quomodo accusativo? ut, Iur in antiquā sylvā. Quomodo ablativo? ut Stans celsa in puppi. Cujus casus est in, hoc loco? illius vel illius. Sic & de ceteris utriusq; casus præpositionibus respondendum. Quæ præpositiones sunt, quæ dictionibus servant, & separari non pos-

sunt. Et, dis, re, se, am, con. Quomodo? Dicimus enim, deduco, diltraho, recipio, servabo, amplector, congredior. Habet hæc præpositio cum eis aliquam communionem, an nō? Non. Undē quia separari potest. Quomodo? ut ad patrem. Quæ sunt quæ jungi non possunt? Apud, & penes. Habet hæc præpositio cum eis aliquā cōmunionem, an nō? Non. Undē hoc? quia jungi potest. Quomodo? ut addo. Quæ junguntur & separantur: ceteræ ferri omnes. Habet hæc præpositio cū eis aliquam communionē, an nō? Habet omnino. Vnde hoc? quia ut supra responsum est, & jungitur & separatur. Sciendū verō accusativis præpositionibus quæ jungi possunt, esse undecim. Ad, ut ad mœnia: ante, ut antecedo: circum, ut circum mœnia: circa, ut circum mœnia: contra, ut contradico: inter, ut interdico: ob, ut obferro: per, ut permitto: post, ut postpono: trans, ut transfero: præter, ut præterfluo. Quæ jungi nō possunt? Quindecim, apud, ad verbum, cis, citra, erga, extra, infra, iuxta, prope, secundum, ultra, propter, supra, usq;, penes. Sed ex his duas tantū Donatus assignat, apud & penes: ceteras idcirco prætermisisse videtur, quia magis ad verba sunt: undē & pleraq; earum comparationem recipiunt, & verbis adjecta, sine casibus profertur: nam comparationem recipiunt, ut citra, citreus, citimē, unde etiam nomen citior, citimus derivatur. Similiter extra, exterius, extimē, unde & nomen exterior, extimis, vel extremus derivatur. Similiter supra, superius, supremē, unde etiam nomen superior, supremus derivatur. Verbis bene adverbialiter junguntur, ut citra habitat, extra jacet, infra later, iuxta sedet, prope incedit, ultra progreditur, supra descendit, & iubet usq; morari, & usq; ambo defessu simus. Deniq; ad verbum & secundum, manifestē nomina loco adverbiorum vel præpositionum posita dignoscuntur, quarum partium plurima similitudo, & quædam videtur esse germanitas, ut & præpositiones in adverb. & adverbia in præpositionibus frequentis, transant. Item ablativi casus præpositiones, quæ jungi possunt, sunt octo: a, ut amitto, ab, ut abnego, abs, ut abstraho: de, ut demulceo: e, ut emitto: ex, ut exeo: pro, ut protego: præ, ut præfero. Quæ jungi non possunt, septem: cū, coram, clam, palam, sine, absq;, tenus. Quæ si quis scire desiderat, quantam cum adverbis habeant vicinitatem, legat Prisciani de præpositione tractatus. Item utriusq; casus præpositiones omnes jungi possunt: in, ut incolō: sub, ut subdito: super, ut superpono: subter, ut subterjaceo.

Vax, quæ pars orationis est? Interjectio: Interjectio quid est? Pars orationis significans mentis affectū voce incondita. Interjectioni quid accidit? Tantū significatio. Significatio interjectionis in quo est? Quia aut lætitiā significamus, ut exax: aut dolorem, ut heu: aut admirationem, ut pape: aut metū, ut atar, & siqua sunt similia. Cujus significationis est hæc interjectio? Lætandi. Undē hoc? Quia exax, cum dicimus, lætari nos profecto significamus. Heu, cuius significationis interjectio est? Dolendi. Undē hoc? quia heu cū dicimus, dolere nos profecto significamus. Pape, cuius significationis? Interjectio est admirandi. Undē hoc? quia pape cū dicimus, aliquid profecto miramur. Atar, cuius significationis interjectio est? Metuendi. Undē hoc? quia atar cū dicimus, aliquid nos metuere significamus. Sunt & aliz plurimæ interjectionum significationes, quæ tamen ex his quatuor veluti quibuidam perturbationum fontibus, dimanare noscuntur.

BEDÆ PRESBYTERI DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS LIBELLUS.

PARTES orationis sunt octo. Nomen, pronomen, verbum, adverbium, participium, conjunctio, præpositio, interjectio. Ex his duæ sunt principales partes orationis, nomen, verbum. Latini articulum non adnumerant, Graeci interjectionem. Multi plures, multi pauciores partes orationis putant: verum ex his omnibus tres